Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1187
Quelle:
Copyright:

Et finis:

Qui cupit hoc. uidet hoc. tenet hoc. Merces datur ampla.
Pax cupienti. vita uidenti. palma tenenti.

De X. Plagis. Pentaſtichum. Legitur inter Carmina *Hildeberti Cenoman.* edit. *Pariſ.* 1708. *col.* 1360. ſed emendo *v.* 1. e Noſtro ſic:

Prima rubens unda, Ranarum plaga ſecunda.

Quod Edita *v. ult.* legunt *vexat* pro *necat*, Typographi παραφραμα putem.

Allegoria. Ita inſcribuntur Hexametri 10. qui *Plagas Aegypti* ad ſenſum moralem detorquent, hoc initio:

Eſt aqua rubrata ſapientia ſtulta probata.
Garrulus ut rana ſit quisque loquendo prophana &c.

Oppoſitio remedij. X. preceptorum contra X. plagas. Rurſus Hexametri 10. qui incipiunt:

Prima rubens unda. deitatem mens cole munda.
Rana ſequens multa. facias non ydola ſtulta &c.

An et hoc geminum Carmen *Hildeberto* tribuam, haereo. Ab Editis certe abeſt.

De Miſterio Miſſe. Totum adſcribo:

Eſt ratio. cur altaris pars dextera miſſę
Principium finemque tenet. mediumque ſiniſtra.
Dextera iudeos. gentiles leua figurat.
Fertur ab his. dein fertur ad hos. refertur ad illos
Noſtra fides. et erunt in mundi fine fideles.

Absque inſcriptione Diſtichon *Hildeberti col.* 1232. quod alibi dedi: *Preco puella deus* &c.

Demum *Hildeberti* Carmen: *Cur Deus homo. col.* 1332. nobis ἀνεπιγραφον.

Adę peccatum que conveniens aboleret &c.

Cum iisdem emendationibus, quas jam *Cod.* LXXI. indicavi.

CCCIII.